

tantummodo voluntas, & sic charitas, vel affectio. Ordo autem necessitatis est, quando persona...

2. Hoc praemisso, Prima sit conclusio, quod quando plures vocantur per copulam, inter quos solum...

3. Quando (d) inter eos, qui vocantur per copulam, cadit (e) non solum ordo charitatis, sed etiam...

4. Sed quero, an hoc casu censentur isti filii, & nepotes vocati ordine successivo per fideicommissum...

fideicommissum: non posset filius de ipsa hereditate libere disponere, & testari; sed teneretur illam...

Quando plures personae, inter quas cadit ordo charitatis, vocantur per alternativam, puta, institutio Titium, vel ejus filios: tunc videntur vocati...

Quando plures personae, inter quas cadit ordo charitatis, vocantur per dictionem Cum (g) puta, institutio Titium cum Maximo ejus filio: hoc casu Titius...

Quando plures personae, vocantur sub nomine colectivo cum aliis sub duplici denominatione: puta, institutio Titium, & nepotes Maximi...

ADDITIONES.

(a) Ordine successivo. De q. ista videlicet de matre herede instituta, & filius ejus masculis legitimis...

(b) Institutio Titium fratrem meum & ejus filios, &c. Si frater & ejus filii sint heredes instituti...

(c) Si frater & ejus filii sint heredes instituti non secundum ordinem successorum, sed simul & conjunctim...

(d) Quando. Adde & vide etiam per Ofsac. plenius d. decif. 81. post num. 12. qui citat auctorem nostrum...

(.) Cadit non solum ordo charitatis, sed concurrunt etiam necessitates instituenti. Quando plures conjunctim, seu copulative instituantur, inter quos non modo...

(f) Filius, & nepos. Hoc ne putaveris esse verum, quando filius, & nepos ex altero filio praemortuo instituitur...

(g) Cum. Adde atque vide per Ofsac. d. decif. 81. eodem. s. GRACH.

QUESTIO LXXXI.

SUMMARIA.

EX CLARO.

1 Præteritione filii an testamentum annullentur.

EX ADDITIONIBUS.

1 An & quatenus præteritione filii, parentum vel collateralium, nem exheredatione filii parentum testamentum annullentur sive rumpatur, remissive.

1 Explicatis questionibus quae ad testatoris voluntatem interpretandam pertinent, videndum est, quibus modis testamentum infirmetur; & in primis...

ADDITIONES.

(a) An præteritione filii. Et quod filiorum nato-rum præteritione reddatur testamentum ipso jure nullum est...

1 Præteritione filii. De hisce tribus questionibus præsentibus videlicet, & sequentibus duabus, an scilicet & quatenus præteritione filii, parentum, vel collateralium...

QUESTIO LXXXII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

1 Præteritione filiorum, vel collateralium, an testamenta annullentur.

1 Quæro etiam, an propter præteritionem parentum, vel collateralium, testamenta annullentur? dixi supra quaest. 48. & seq.

QUESTIO LXXXIII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

1 Exheredatione filiorum, vel parentum, an testamentum rumpatur.

1 Quæro, an propter exheredationem (a) filii testamentum rumpatur? dixi supra quaest. 49. & 41. dixi ex quibus causis filius a patre exheredari possit.

ADDITIONES.

(a) An propter exheredationem filii testamentum rumpatur. Nota hic, quod præteritio, & exheredatio facta in commodum, & in provisionem filiorum...

QUESTIO LXXXIV.

SUMMARIA.

EX CLARO.

1 Legitimatione filii naturalis, vel spurii, an testamentum rumpatur.

EX ADDITIONIBUS.

1 Equid filii naturalis legitimatione rumpatur testamentum.

1 Quæro, an legitimatione filii naturalis, vel spurii testamentum rumpatur? Respon. quod sic (a), perinde ac si ipse post testamentum legitimus natus fuisset, & ideo si pater post conditum testamentum filium naturalem legitimerit, vel etiam jam legitimum præterierit, vel sine causa exheredaverit, rumpitur testamentum, poteritque talis filius legitimatus, si fuerit præteritus, dicere testamentum nullum (b), vel contratabulare; & si sit exheredatus, habet querelam. Est et communis conclusio, ut attestatur Alexand. in Rubr. ff. de liber. & posthum. post nu. 3. & consil. 139. nu. 1. libr. 2. quem refert Dec. in l. posthumo, in additio. ad primam lecturam, nu. 17. in fin. Socin. consil. 126. nu. 5. libr. 2. prout illum refert, & sequitur Paris. consil. 7. nu. 2. libr. 2. & consil. 55. nu. 2. libr. 3. Jas. in d. rubr. ff. de liber. & posthum. nu. 5. & seq. & consil. 202. col. 2. vers. Scias ergo, libr. 2. Dec. consil. 52. nu. 1. & consil. 343. post nu. 2. vers. Nec obstat si dicatur, & consil. 365. post nu. 7. vers. Quarto concludunt; & consil. 336. nu. 5. Regulariter enim legitimatus æquiparatur legitimo, ut dixi supra libr. 2. §. filius, & ideo omnia jura loquentia de filiis legitimis habent etiam locum in legitimatis. Est hæc et communis conclusio, ut dicit Socin. in allegato consil. 226. post nu. 5.

ADDITIONES.

(a) Quod sic.] Adde etiam, atque vide de ista q. per Mar. Anguissol. in cons. 10. in 4. questio. ubi similiter de magis communi opinio. ex Alex. in ea. rub. col. 1. in verb. Addi. quam confirmat aliorum etiam auctoritatibus. GIACH.

QUESTIO LXXXV.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 Testamentum an rumpatur per ingressum religionis. Ex Additionibus.
2 Nunquid per ingressum religionis rumpatur testamentum, remissive.

Quæro, an per (a) ingressum religionis testamentum rumpatur. Dixi supra quest. 28. vers. Sed (b) retenta.

ADDITIONES.

(a) AN per ingressum religionis testamentum rumpatur.] De ista questione nonnihil attulimus supra in quest. 28. numero 12. HARP.
(b) Sed retenta.] Vide quæ ibid. dixi. Sed hic obiter queritur, creditores intrantis religionem quem debeant convenire an debitorem vel monasterium? Vide per Spec. tit. de stat. monach. nu. 53. de quo etiam dixi in d. l. in verb. dixi. Et quod testamentum conditum ab eo, qui intravit religionem, confirmetur per professionem hand expectata morte naturali: commune dixi in collect. mea. comm. opin. verb. testamentum, ubi etiam retuli regulam negativam. GIACH.

QUESTIO LXXXVI.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 Testamentum an rumpatur resurrectione testatoris.

Quæro, si testator moriatur, & deinde resurgat, an rumpatur ejus testamentum? Est pulchra questio, sed de raro contingentibus: si tamen contingeret, prout in Lazaro, quem Christus Dominus noster à mortuis resurgens hereditatem suam de jure recuperaverit, & rumpit testamentum, si quod prius considerat, vel tanquam impletum (non enim videtur defunctus, qui tam cito revixit) vel tanquam posthumus, qui de novo natus esset. Ita tenuit gloss. in l. ex his, in gloss. 1. ff. de leg. quæ in hoc communiter est approbata, ut dicit Alber. in d. l. ex his, nu. 1. Alexand. in l. si maritus, in princ. nu. 5. ff. solu. matrimo.

QUESTIO LXXXVII.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 Testamentum conditum per metum an sit ipso jure nullum.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Testamentum per metum conditum an sit ipso jure nullum, remissive.

Quæro, nunquid testamentum conditum per metum (a) sit ipso jure (b) nullum, an autem veniat rescindendum ex capite metus? dixi infra lib. 7. §. metus.

ADDITIONES.

(a) METUM.] Hic scias, quod metum iustum non inducunt minæ, nisi sic tribus concurrentibus: quod periculum comminatum sit magnum, puta de persona, vel de bonis: quod persona minans possit verisimiliter damnum inferre; tertio, quod minans sit solutus minas exequi. De omnibus istis vide per Kol. in cons. 83. nu. 23. Et de metu dixi in collecta mea. comm. opin. in verb. metus. GIACH.

Nunquid testamentum conditum per metum, &c.] Hæc questio explicata est supra ad quest. 1. nu. 11. & alios quosdam sequentibus. Adde tamen eadem de questione videndos Jac. Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. q. cent. 4. cas. 395. nu. 7. Fernand. Vafq. de success. creat. §. 17. nu. 5. Michael Grass. lib. 2. recept. sent. §. testamentum, q. 83. & Nicolaum Reufner. in tract. de jure testament. par. 6. c. 9. ubi & plures alios citat. HARP.

(b) Nullum.] Commune dixi in collect. mea. vers. testamentum, nu. 57. GIACH.

QUESTIO LXXXVIII.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 Ultima voluntas an vitietur falsa latinitate. Ex Additionibus.

- 1 Num ultima voluntas vitietur mala latinitate.
2 Ecquid testamentum perplexum censetur nullum.
3 Perplexitas quandam impossibilitatem inducit.

Quæro, nunquid (a) ultima voluntas, vel si de commissum, vitietur mala latinitate, vel falsa latinitate? dixi supra hoc eod. lib. §. substitutio.

ADDITIONES.

(a) Nunquid ultima voluntas, vel si de commissum, vitietur mala grammatica.] Loco hujus questionis (quæ dubia non videtur: quid enim resert, utrum testator terte, & Latine, an vero barbare, & vitiose loquatur: si modo alia de voluntate ejus rite, & evidenter constet?) queri poterit: num t. testamentum perplexum (quod nimirum adeo obscure, & tortiosum est, ut certo fieri, aut intelligi non possit, quæ testatoris voluntas fuerit) ipso jure proflus inutile, atque nullum censetur? Et nullum, atque inutile censeri, apparet ex l. si Tertius. 16. ff. de conditionib. institution. & l. si quis de plurib. 37. ff. de reb. dub. Eiusque ratio non obscura est: quoniam t. perplexitas ratione impossibilitatis æquum inducit, quæ insolubilis est, & propterea quadam vitæ, tradente Romano in l. unie. n. 2. vers. non obstant illud argumentum c. quando non poterit. partes penitentibus accipiunt. Idque explicitus professor Reufner. in tractat. de jure testam. par. 2. cap. 11. HARP.

QUES.

QUESTIO LXXXIX.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 Testamentum, in quo debite solemnitates non interveniunt, an sit ipso jure nullum.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Utrum testamentum, in quo debite solemnitates non interveniunt, sit ipso jure nullum.
2 Testamentum in dubio solemniter factum presumitur.

Quæro, an testamentum, in (a) quo non interveniant debite solemnitates, sit ipso jure nullum? Resp. quod sic: text. est in l. 1. ff. de injusto rupt. Quæ autem sint solemnitates in testamento requiritæ, dixi supra quest. 35. & seq. Hanc tamen conclusionem intellige, ut procedat regulariter. Sed si sit testamentum privilegiatum; puta, conditum à militibus, vel inter (b) liberos, vel ad pias causas, istis casibus, etiam si solemnitates à jure alias requisitæ deficient, testamentum (c) sustinetur, ut latius dixi supra q. 6. & q. 8. & q. 15. &c.

ADDITIONES.

(a) AN testamentum, in quo non interveniunt debite solemnitates, sit ipso jure nullum?] Quod t. ejusmodi testamentum regulariter ipso jure sit nullum, non dubitatur. Cui addendum est: conjecturam t. in dubio pro testamento capi oportere, ut solemniter factum videatur, & qui dicit non solemniter, vel non jure factum, probare debet. l. si post divisionem 4. & ibi gloss. Bartol. Bald. Jason. & alii. C. de jur. & facti ignorant. Alciat. in l. 2. nu. 29. C. de honor. possid. secund. tabul. Idque istius explanat Franciscus Mantica in tractat. de constitut. ultimerum voluntat. lib. 2. tit. 9. HARP.
(b) Inter liberos.] Amplia dupliciter, atque limitata sex modis, ut per Jas. in d. l. hac consuetissima §. ex imperfecto, col. 1. & 2. C. de testam. Graen.
(c) Sustinetur.] De testamento vero, quod ex demencia testatoris dicebatur nullum, atque de illius validitate, vide per Riminald. jun. cons. 376. GIACH.

QUESTIO XC.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 Ex Testamento minus solemniter an oriatur naturalis obligatio.
2 Et quid in legatis.
3 Et an legatarius eo casu possit retinere rem legatam, ope exceptionis.
4 Et an hæres teneatur in foro conscientie persolvere legata in hujusmodi testamento relicta.
5 Et quid in hæreditate.
6 Et an hæres scriptus possit eam remittere in foro conscientie.
7 Et quid si hæres aliquibus ex legataris legata persolvit, an possit cogi etiam aliis prestare.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Ex testamento minus solemniter an oriatur naturalis obligatio.
2 Et an hæres teneatur in foro conscientie persolvere legata in illiusmodi testamento relicta.

Quæro, an testamentum minus solemniter, (a) vel alias invalidum, sit adeo nullum, ut aliquem juris effectum producere non possit? Resp. Jul. Clar. Sentent. Pract. Civil. Tom. I.

pon. quod adeo favet defunctorum voluntatibus sustinendis, ut non patiantur eorum dispositiones, etiam nullas, sed invalidas, omni proflus effectu carere: sed illis etiam præstat aliquod juris fomentum. Et in primis quidem videmus, quod licet testamentum sit nullum ex causa præteritionis, vel ex hæredationis; sufficienter tamen omnia in ipso testamento contenta (b) præter institutionem, de quo late dixi supra q. 52.

Præterea ex testamento, vel ultima voluntate minus solemniter oriatur (c) naturalis obligatio. Ita tenet gloss. in l. 1. in gloss. 1. ff. de cond. indeb. & est communis opin. ut attestatur Alber. in l. cum quis, circa principium, C. de juris, & facti ignor. Bald. in l. si post divisionem facti, in fin. C. de jur. & facti ignor. Corn. cons. 261. in lit. Q. lib. 1. & cons. 119. col. 8. in lit. G. in lib. 2. in quibus cons. allegat Paul. de Castro idem attestantem in l. 1. C. de fideicom. qui tamen in libro meo hoc non dicit, Soc. in d. l. 1. col. 2. vers. Circa secundum, ff. de condit. indeb. Alciat. in cap. novit. post n. 30. extra de judic. Dicit etiam Jo. An. in repet. l. nemo potest, n. 3. de leg. quod ita dicitur communiter Doct.

Sed hæc quidem conclusio intelligenda est, ut procedat in legatis. Nam illa licet in testamento minus solemniter relicta sint, debentur legataris naturaliter. Et ita loquitur gloss. in d. l. 1. & est communis opin. ut dicit Jas. in d. l. cum quis, n. 9. & sequenti, & in l. plane. §. si conjunctim, post n. 15. de legat. 1. & cons. 82. col. pen. libr. 1. quem refert Didac. in cap. cum esset, n. 5. de test.

Hinc inferitur, quod si legatarius possideat ipsam rem sibi legatam in hujusmodi testamento minus solemniter, poterit illam retinere ope exceptionis. Ita tenet Bart. in l. nemo potest, nu. 18. de legat. 1. quem omnes Doct. sequuntur, ut dicit Capic. decis. 89. n. 2. Et ita communiter tenetur, ut dicit Jas. in d. l. nemo potest, in 2. lect. nu. 84. quem refert Jo. Dilect. de arte testam. tit. 3. cap. 1. nu. 3. & Didacus (d) in d. cap. cum esset, post n. 10. vers. 3. ex hoc. Hæc etiam opin. dicit esse communem Bertran. d. cons. 212. nu. 19. lib. 1. in 2. parte.

Secundo inferitur, quod hæres (e) tenetur, in foro conscientie persolvere legata in hujusmodi testamento minus solemniter relicta. Ita tenet Abb. in d. c. cum esset, nu. 10. & sequenti, & est communis opin. ut attestatur Didacus in eod. cap. cum esset, post n. 5. Quæ tamen opin. fortissimis argumentis convincitur à Didaco in loco præallegato, ut per te videre potes: & certe, si casus contingeret, facile posset sustineri contrarium.

Conterum in hæreditate secus est. Illa enim si relicta sit in testamento minus solemniter, non debetur hæredi scripto neque naturaliter: & ideo non potest neque ad illam consequendam intentare aliquam actionem; neque si illam possideat, retinere ope aliquis exceptionis, si hæredes ab intestato illam petant: sed tenetur omnino eam illis restituere. Et hæc est communis opin. ut dicit Jas. in d. l. nemo potest, in prima lectura, nu. 75. & in d. l. si post divisionem, nu. 5. & sequenti. Bertran. in d. cons. 212. nu. 21. in fin. Ripa in d. l. nemo potest, nu. 202. Regulariter enim lex multo plus favet sustinendis legatis, quam institutioni hæredis, ut de hoc multa exempla congerunt Doctores in locis præallegatis.

Sed quid si iste hæres scriptus hæreditatem ipsam possideat, & hæredes ab intestato eum non molestant, nunquid poterit illam retinere, & erit tutus in foro conscientie? Respondeo, quod sic: & ita concludunt Doctores, ut dicit Capic. in d. decis. 89. nu. 3. Hæc etiam opin. dicit esse communem Ripa in d. l. nemo potest, nu. 99. quæ tamen L. 2. (ut

(ut verum fatear) mihi nunquam placuit ; prout neque etiam placet Didaco, in l. cum esset. post numerum decimam, vers. sexto non possum. Si enim talis hereditas non est illi neque naturaliter debita ; non video, quo jure posse debeat illam retinere, & hoc multo magis, si esset in mala fide, quia scilicet haberet scientiam nullitatis testamenti, & certe non audeam pro hac parte consilium, saltem ante factum. Bene post factum posset retineri communis opinio, ut excusaretur ipse haeres a restituitioe perceptorum, maxime si fuisset in bona fide. Cogita.

7 Sed hic occurrit una quaestio, super qua proximi diebus fui interrogatus. Pone, testator condidit testamentum minus solemne, & consequenter invalidum, in quo pluribus personis diversa legata reliquit. Haeres scriptus, adita hereditate, nonnullis perfolvit legata a testatore relicta. Cum deinde alius ex legatariis peteret etiam ipse legatum sibi relictum, haeres opponat testamentum esse invalidum, quaerebatur, an talis exceptio illi prodesset ? Resp. quod sic : & consequenter, quod (f) non potest cogi ad alia legata praestanda. Ita tenet gl. in l. non dubium, in gl. fin. de testam. & est communis opin. (g) ut dicit Alexand. in ead. l. non dubium, nu. 3. Quod nota, quia de facili quis responderet prima facie contrarium.

ADDITIONES.

(a) *M*inus solemne.] Sed quibus remediis debeantur legata, & fideicommissa ex testamento haud solemni, vide per Dura. de arte testandi, tit. 2. caute 3. per totum. Verum advertit, quia testamento eodem non licet uti contrariis remediis, necum eodem tempore, sed nec diversis. Qui ergo a principio agit tanquam haeres directus, & tanquam testamentum valeat, non potest postea agere jure codicillorum, vel fideicommissi. Iam regulam cum quatuor limitationibus vide per Jaso. in l. fin. C. de codicill. GIACH.

(b) *P*raeter institutionem.] Ut dixi etiam supra q. 81. GIACH.

(c) *O*ritur naturalis obligatio.] Bar. in d. l. dubium C. de testam. & ibi Alex. nu. 2. Jaf. nu. 10. Ripa nu. 97. Viv. lib. 1. opin. 146. Eman. Soarez inter commun. vol. 1. in versis. testamento minus solemni. GOVEAN.

*E*x testamento, vel ultima voluntate minus solemni oritur naturalis obligatio.] Quod si ex testamento minus solemni oritur naturalis obligatio, post Clarum nostrum, & ab eo relatos, docent quoque Michael Grassus lib. 1. recept. sent. §. 1. num. 15. cum sequentibus. Franc. Mant. in tract. de conjectur. ultim. volunt. lib. 2. tit. 14. nu. 16. Reulnerus in tract. de testam. par. 1. cap. 4. nu. 29. cum sequ. Fachin. lib. 4. controvers. jur. cap. 5. vers. probatur igitur, &c. Dominic. de Magdalen. de nu. testam. par. 3. cap. 2. & 3. aliique ab his commemorati. Tamen contrarium probabiliter defendunt Bal. in l. cum quis, 10. C. de jur. & fact. ignor. col. 4. Cynus, Fulgositus, & Jafon nu. 16. in l. 1. ff. de condit. indebit. Petrus Loriot de juris art. tract. 11. cap. 22. hodie referens Didacus Covar. in c. cum esset 10. num. 9. de testam. Valq. de success. creat. lib. 1. §. 1. num. 22. Eaque de re nonnulli monuimus in §. sed cum paulatim, 3. Infr. de test. ordin. num. 28. & seqq. HARP.

(d) *D*idacus.] Late Dida. sententiam impugnant Fern. Vasqui. in tracta. lib. 1. nu. 6. & 8. Lud. Zunth. resp. pro uxore, numer. 41. GOVEAN.

(e) *H*eres tenetur in foro conscientie persolvere legata, &c.] Quod si haeres tenetur in foro conscientie persolvere legata, in testamento minus solemni relicta, latissime explicat Grassus, Mant. Fachinanus, & alii locis praescriptis. HARP.

(f) *Q*uod non potest cogi.] Ac ne quidem si uni partem levati exsolvent, compelleret ad reliqui solutionem. Corn. in l. non dubium §. illud, nu. 9. C. de testam. Cernhal. conf. 377. nu. 51. 52. 53. 54. & seqq. vol. 3. GOVEAN.

(g) *E*st communis opinio.] Imo, quod testamentum invalidum dicitur haeres approbare ex promissione, vel

solutione si scienter id facit, sciens dispositionem non valere : commun. vide per Socin. in conf. 79. vol. 4. & dixi in collecta mea commun. opin. in vers. testamentum, nu. 30. vel ducatur ignorantia juris : fecus, si ducatur ignorantia facti, quia tunc secundum d. gloss. & Doctor. non dicitur approbare. GIACH.

QUESTIO XCI.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 Testamentum contraria voluntate revocatur.
2 Et an requiratur, quod fiat aliud testamentum solemne.
3 Et quid si concurrat cursus decennii.
4 Et a quo tempore computandum sit hujusmodi decennium.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Si testator coram septem testibus simpliciter dixerit, se nolle valere testamentum, an hoc casu testamentum censetur revocatum.
2 Sententia l. sancimus 27. de testam.
3 A quo tempore decennium, ex cursu dicitur revocatum testamentum, computari debeat.

D istum est ex quibus causis testamenta annullentur, vel rumpantur, nunc videndum, quemadmodum testamenta revocentur. Et in primis quidem sciendum est, quod testamentum a testatore conditum contraria voluntate revocetur, idque rationi est valde consentaneum. Sicuti enim in testamentis condendis voluntas testatoris maxime consideratur, ita etiam in illis revocandis ejusdem testatoris voluntas praecipue consideranda est ; ut juxta communes regulas, eo genere quodque dissolvatur, quo colligatum est, vulgata l. nihil tam naturale, ff. de reg. jur.

Sed quaero, nunquid ad revocationem testamenti sufficit, quod testator etiam coram septem testibus (a) dicat se testamentum condidisse, & quod non vult tale testamentum valere, sed illud revocatur, & annullatur, &c. Resp. (b) quod non ; sed requiritur, quod faciat aliud testamentum solemne, cum institutione haeredis, & aliis in testamento requisitis. Ita tenet Bar. in l. si jure, nu. 3. ff. de leg. 3. cujus opin. communiter approbatur, ut dicit Nat. in repet. Auth. hoc inter, nu. 10. C. de testam. Et est communis opin. ut dicit Alexand. conf. 159. post n. 8. lib. 7. Ruin. conf. 6. nu. 1. lib. 2. Rubens conf. 41. nu. 4. & 5. Soc. jun. conf. 42. n. 1. lib. 3. Non enim potest testamentum solemnitur conditum infirmari, nisi aliud testamentum conditum sit, ex quo haereditas adiri possit.

Bene verum est, quod si cum hujusmodi revocatione coram testibus saltem tribus (c) facta concurrat perseverantia longi temporis, & sic cursu decennii, utique hic concurrentibus censetur revocatum primum. Tex. est singularis in l. sancimus, C. de testam. & est communis opin. ut dicit Alex. in d. l. sancimus post nu. 8. vers. Extra gloss. Infr. conf. 213. nu. 3. lib. 1. in 2. parte.

Sed nunquid istius tempus decennii est computandum, ut currat a die conditi primi testamenti, an autem a die revocationis ? Resp. quod est (d) computandum a die conditi primi testamenti, ita quod si talis revocatio fiat intra decennium a die conditi primi testamenti, nihil operabitur, ita dicit gloss. in d. l. sancimus, in gl. si. quam Doct. magis communiter sequuntur, ut dicit Jaf. in ea l. sancimus, n. 15. Et hanc opin. communiter teneri attestatur Ruin. in d. conf. 6. nu. 2. illam etiam dicit esse magis communem Guliel. de Bened. in 1. part. repet. cap. Razymtius, fol. 158. nu. 8. in fin.

ADDI-

ADDITIONES.

(a) *N*unquid ad revocationem testamenti sufficit, quod testator etiam coram septem testibus dicat, se testamentum condidisse, &c.] Si testator simpliciter dixerit coram septem testibus, se nolle valere testamentum, neque ullam causam expresserit : hoc casu testamentum non censeri revocatum, recte Clarus hic nos ter, post Bartolum, & alios ab ipso citatos, decidit. Haecque decisio satis aperte probatur per textum, in l. sancimus, 27. C. de testam. ubi disponitur licet coram actis, adeoque coram toto judicio revocetur prius factum testamentum ; non tamen illud aliter infirmari, nisi & decennale tempus concurrat. Eidem opinioni ad stipulatur Nicolaus Reulnerus in tractat. de jure test. p. 6. c. 20. n. 26. & seqq. Tamen si contrariam sententiam veritati & aequitati magis esse consonam existimant Baldus in d. l. sancimus, 27. n. 2. C. eod. Bart. conf. 90. nu. 7. volum. 2. Grassus lib. 1. recept. sent. §. testamentum, qu. 24. nu. 2. vers. contrariam tamen partem, &c. Francisc. Mantie. in tractat. de conject. ultim. volunt. lib. 2. titul. 15. nu. 19. cum seqq. Connam lib. 9. commentar. jur. civ. c. 7. nu. 4. & Thaddeus Pifo lib. 1. var. resol. c. 12. nu. 51. vers. contrariam tamen partem, &c. HARP.

(b) *Q*uod non.] Adverte tamen, quod si inter precedens testamentum, & talem revocationem intercesserit lapsus decem annorum, quod talis revocatio facta coram non minus tribus testibus esset efficax. Vide per Alex. eod. conf. 159. col. 2. qui etiam tenet, quod non sufficeret, revocationem esse factam apud acta, nisi intervenisset cursus decennii. Facta tamen hoc modo, quia volo intestatus decedere, coram septem testibus, ut fateatur Alexan. ibid. sub n. 2. intelligi revocatum primum testamentum per tex. in l. 1. §. si haeres, ff. si tabul. testam. nul. extra. & not. per Bar. in l. si jure ff. de leg. 3. vide quaestione sequenti. GIACH.

(c) *S*altem tribus.] Adverte hic, quod ad hoc, ut sufficiant tres testes qui probent contrariam voluntatem cum cursu decennii, oportet, quod sint idonei, & sic rogati : qui nisi sint rogati, haud sufficiunt. Et hoc non esse dicit Arg. de Aret. in §. ex eo autem, n. 15. ubi testator videlicet de facto in quodam testamento avunculi uxoris suae, nu. 10. haud posse dari remedium, propter quod primum testamentum non possit tolli. Vide ibi per eum. GIACH.

(d) *Q*uod est computandum a die conditi primi testamenti.] Quod si decennium, ex cursu cursu revocatum, irritumque censetur testamentum, non a die revocationis, sed a die primi testamenti confecti, sit computandum, praeter Clarum nostrum, tradit Tob. Nonius conf. 23. n. 16. cumque referens Grassus d. §. testamentum, q. 24. n. 4. vers. sed adverte, &c. HARP.

QUESTIO XCII.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 Si testator coram septem testibus revocet testamentum, quia dicat se velle intestatum decedere, an id sufficiat.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 An infirmetur testamentum, quando testator coram legitimo testum numero illud revocat, & exprimit causam: quod scilicet vult decedere intestatus.
2 Qui Auctores contrarium defendunt.

Quaero, quid si testator coram septem testibus dicat : Revoco, & annullo testamentum a me prius conditum, quia volo (a) decedere intestatus, nunquid hoc sufficiat ad revocationem testamenti ? Respond. quod sic. Ex quo enim testator asserit se velle intestatum decedere, censetur instigare venientes ab intestato, jux. text. in l. 1. §. Jul. Clar. Sentent. Praef. Civil. Tom. I.

heres, ff. si tab. testam. nul. extra, & ita Bart. in d. l. si jure, post n. 3. ff. de leg. 3. & ita praecedens conclusio communiter limitatur, ut dicit Bertran. conf. 12. post num. 2. lib. 2. in 2. part. Hanc etiam esse commun. opin. attestatur Alexan. in d. l. sancimus, n. 9. & conf. 30. n. 3. lib. 3. quem refert Dec. conf. 582. nu. 1. & Bertr. conf. 25. in princ. lib. 3. in 1. par. Jo. Dilect. de arte testam. tit. 10. cau. 3. n. 2. & Dilect. in rub. de testam. in 2. parte, post n. 11. vers. sexta conclusio, Nata in d. auth. hoc inter, n. 11.

ADDITIONES.

(a) *Q*uia volo decedere intestatus &c.] Quando testator coram legitimo numero testum revocat testamentum, & exprimit causam : quia scilicet vult decedere intestatus : tunc per hoc tacite cum videri instigare, sive vocare legitimos haeredes, venientes ab intestato, adeoque prius testamentum infirmari communiter Doct. ultra Clarum nostrum, & ab eo hic relatos, tradunt, quos sequuntur Michael Grass. lib. 1. recept. sent. §. testam. quae. 24. n. 5. Franc. Mant. in tract. de conjectur. ultim. volunt. li. 2. tit. 14. n. 18. & Thad. Pifo lib. 1. var. resol. c. 12. nu. 51. Verum contrarium haud sine ratione post Paulum Castrensem, & Fulgos. in l. sancimus, 27. C. de testam. defendit Fachin. libro 4. controvers. jur. c. 8. & D. Collega Bocerus class. 3. disp. 9. th. 21. edit. 2. Idque & nos comprobavimus in §. ex eo autem, Infr. quib. mod. test. infirm. nu. 4. & §. HARP.

QUESTIO XCIII.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 Si testator testamentum a se conditum incidat, vel cancellet, annullatur illud testamentum.
2 Et an eo casu hereditas applicetur fisco, vel venientibus ab intestato.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Si testator testamentum incidat, vel cancellet, an & quatenus illud infirmetur testamentum.
2 Et eo casu non videtur testamentum ipso jure, an ope exceptionis.
3 Item eo casu cui hereditas applicanda veniat.

Quaero, quid si testator voluntatem suam non verbis, sed facto declaret, puta, quia testamentum a se prius conditum incidat, vel cancellet (a), nunquid tale testamentum annullatur ? Resp. quod sic. Text. est in l. nostrum, C. de test. & ita concludunt communiter Doct. ut ait Crauet conf. 228. nu. 1. Hanc tamen intelligo, ut procedat in testamento condito in scriptis ; sed si esset testamentum nuncupativum in scriptis redactum, prout hodie communiter testamenta conduntur, & testator forte habens a Notario exemplum authenticum illud incideret, vel cancellet, non crederem hoc solum sufficere ad annullandum, vel revocandum ipsum testamentum. Bene verum est, quod si testator ipsum exemplar, seu originale existens apud Notarium cancellari faceret, crederem tale testamentum profus revocatum, & annullatum censeri debere, dummodo legitime appareret cancellationem coram septem testibus factam fuisse ex jussu ipsiusmet testatoris.

Sed quaero, an in casu hujusmodi cancellationis, vel incisionis testamenti per testatorem factae (haereditas transeat ad venientes ab intestato ; an (b) autem

tem applicetur fisco, tanquam si haeredes a testatore fuissent reputati indigni, & consequenter fiscus eam ab illis auferre possit? Resp. quod si apparet de voluntate testantis, illa attendi debet. Ita communiter dicitur, ut ait Imol. in e. cum eses, post nu. 30. vers. An & quando, de test. Si vero non apparet de voluntate testatoris: tunc in dubio tendendum est, quod haereditas vadit ad venientes ab intestato, non autem ad fiscum. Et haec opin. est magis communis, ut dicit Alex. in d. l. nostram, nu. 3. & dicit etiam Ang. Aret. in §. ex eo, post nu. 2. vers. 2. principaliter. Infit. quib. test. infirm. Quod ita dicunt communiter Doct. intellige, quando testator totum testamentum incidit: sed si tantummodo deleat nomina haeredum, videtur illos reputasse indignos, & ideo fiscus ab illis auferre poterit haereditatem, exclusis venientibus ab intestato.

ADDITIONES.

(a) Quia testamentum a se prius conditum incidit, vel cancellat. Si testamenti tabulae, aut instrumenta murentur consulto, quod accidit vel rescissione, l. 1. §. sed consulto 3. ibique Cujac. ff. de his, qui in testam. delent. l. pen. §. ult. ff. de bon. poss. secund. tab. l. ult. ff. de injus. rupt. irr. fact. testa. l. penult. C. de test. vel resignatione l. ad testium 22. §. si scina. 3. & l. seg. ff. qui test. fac. poss. d. l. pen. C. de test. vel delatione l. 1. §. si haeres, ff. si tabul. testam. null. extrab. d. l. 1. §. sed consulto. & l. 2. in prin. ff. de his, qui in test. delent. testamentum rumpi atque infringi. communis conclusio est. Eamque rem copiosius explicat Resol. in tract. de iur. testamentor. p. 6. c. 25. per tot. Quod si non totum testamentum, sed ejus pars deleta sit: in reliqua voluntate testamentum consistit: etsi haereditas infirmitate sit induta, & legata tantum salva relicta, d. l. 2. & 3. ff. de his, qui in test. delent. l. cum revoluit 26. §. ult. ff. de his, quibus ut indigni. aufer. Duaren. in Comment. ad tit. ff. de injus. rupt. irr. fact. testam. cap. 5. Et hic addendum est: per istam rescissionem, incitionem, vel cancellationem non vitari testamentum ipso jure, sed open exceptionibus, per notata glossae, Bart. & aliorum in d. l. 1. ff. de his, qui in testam. delent. Valsqu. de success. resolut. §. 2. n. 35. Grass. lib. 1. recept. sent. §. testamentum, q. 85. n. 1. Thad. Pisonis lib. 1. varior. resolut. c. 17. n. 43. & Dauthii in explicatione l. haeredes palam. 21. nu. 14. ff. qui test. fac. poss. HARP.

QUESTIO XCIV.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 Regulariter primum testamentum revocabitur per secundum.
2 Et quid in testamento condito coram Imperatore.
3 Et quid si in primo testamento appositum sit juramentum.
4 Et an eo casu, facta revocatione, testator dicatur perjurus.
5 Juramentum in testamento appositum habet vim clausulae derogatoriae.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Cur testamentum prius tollatur per posterius, duplex ratio.
2 Testamentum est ultima voluntas.
3 Unius unum tantum est testamentum.
4 Posteriora generaliter derogant prioribus.

- 5 Cur militis testamentum posteriori non rumpatur.
6 Quid si testator juraverit, se primum testamentum non revocaturum.
7 Juramentum est privata conventio.
8 Juramentum foris naturam adus, cui accedit.
9 Natura testamenti qua.
10 An, & quatenus testator, qui neglecto juramento, aliud fecit testamentum, perjurus fiat, remissive.
11 Equid juramentum habeat vim derogatoriae clausulae, remissive.

Quando testator post conditum primum testamentum condidit aliud, & sic secundum testamentum validum, & solemne, nulla est (a) inter Doctores controversia, quin regulariter primum (b) tollatur per (c) secundum: tex. est in §. posterior. Infit. quib. mod. test. infirm. & haec est communis regula, ut dicit Dec. consil. 264. nu. 1. in fin.

Et haec quidem conclusio locum habet non solum in testamentis privatim confectis, sed etiam testamentum facto coram Imperatore, vel etiam auctoritate ipsius Imperatoris confirmato: ad hoc enim per aliud testamentum etiam sine consensu Imper. postea conditum, (d) revocatur. Ita dicit Bart. in l. qumium, nu. 3. C. de testam. qui in hoc est committere receptus, ut ait Didac. in rubr. de test. in 2. parte, post nu. 2. Faciunt, quae dixi supra lib. 1.

Sed quid si testator (e) in primo testamento appositum juramentum, promittendo, & jurando, quod illud non revocasset, nunquid si postea condiderit secundum testamentum, illud primum (f) testam. (g) revocatum, non obstante illo juramento? Respond. Aliqui dixerunt, quod testamentum factum post primum testamentum non valet: dicit Alter. in l. 1. circa fin. C. de sacrosanct. Eccl. quod ita tenent communiter Canonistae. Tu vero tene contrarium, scilicet, quod non obstante juramento, primum testamentum per secundum revocatur: & ita tenet glossa in cap. ultim. voluntas, in gloss. unica post medium 18. quast. 1. & ita concludunt omnes, ut dicit Alexand. in l. stipulatio hoc modo concepta, n. 5. ff. de verbor. obligat. quem refert Didac. in Rubr. de testam. in secunda parte post n. 15. & dicit Imol. in cap. cum contingat, nu. 31. de jurjur. quod in hoc omnes concordant. Hanc etiam dicit esse communem determinationem Doctorum Pauli, de Casr. consil. 339. post n. l. lib. 1. Alexand. in l. pactum quod dotale, n. 3. C. de pact. & conf. 18. nu. 2. lib. 2. Mayne. in l. nemo potest mutare, col. 15. & 46. de regul. jur. quem refert Episcopus Loazes in suis allegat. pro Marchio Velez fol. 384. n. 160. Alexand. in dist. cap. cum contingat, nu. 77. Cotta in verbo, Testatorem inducere, col. 1. & sic videt, quod haec est magis communis opinio Legislarum, & Canonistarum, quae etiam optima ratione fundatur, quia nemo potest sibi legem inducere: quo minus dispositionem suam in tempus mortis collatam, ante mortem quodcumque mutare possit.

Sed nunquid (g) testator revocando illud primum testamentum erit perjurus? Respond. Bartol. in d. l. si quis in principio testamenti, in princip. n. 14. tenuit quod non; & dixit Alexander in d. l. stipulatio hoc modo concepta, col. 2. quod ita tenent communiter Legistae, quem refert Cotta in dist. verbo, Testatorem inducere, col. 2. & Didac. in dist. secunda parte post n. 15. vers. Secunda opinio. Sed contrarium est verius, scilicet, quod immo est perjurus, & ideo debet petere abolitionem a juramento. Et haec est communis opin. ut dicit Alexand. in d. conf. 18. n. 12. Alciat. in d. c. cum contingat, nu. 78. Nett. in d. Auth. hoc inter. n. 83. & de hoc non videtur dubitandum.

Unum tamen nota in hoc proposito, quod (h) tale juramentum appositum in primo testamento habet vim clausulae derogatoriae: & sic operatur, quod non poterit per aliud testamentum revocari, nisi in ipso

ipso secundo testator apposuerit revocationem ipsius juramenti. Ita dicit Bart. in l. si quis in principio testamenti, in princip. nu. 15. post Joan. Andream in Mercurial. in capit. quod semel, de reg. jur. in sexto, quem sequuntur communiter Doctores, ut dicit Bertr. consil. 143. nu. 2. libr. 3. in parte. Hanc etiam opin. dicit esse communem Socin. in d. §. in legatis, col. penult. vers. Sexto inferitur. Natta in d. Auth. hoc inter. nu. 46. C. de testam.

ADDITIONES.

(a) Nulla est inter Doctores controversia &c. Ratio, quod si testamentum primum tollatur sine revocetur per secundum legitime factum, haec duplex addi poterit: Tum quia testamentum est ultima voluntas, l. 1. ff. qui testam. facere poss. l. 1. C. de sacrosanct. Eccl. proinde id testamentum valere debet, quod est posterius. Utrumque enim valere nequit: cum unus sit unum tantum sit testamentum: eo quod testamentum continet universam haereditatem: extra autem universitatem nihil esse possit, argum. l. nihil est aliud 24. ff. de verbor. signat. & l. haereditas 62. ff. de reg. jur. Tum quia & alias in jure posteriora derogant prioribus, ut leges, l. non novum. 26. ff. de legibus, ut patet, l. patet novissima. 12. C. de pact. ut contractus l. pacta conventa, n. 2. ff. de contrahend. empt. ut tutela, legatum fideicommissum &c. l. tutor datus, 8. §. ultim. l. si haereditas 10. §. 1. ff. de testam. tutel. l. si mihi 12. §. in legatis, ff. de legat. l. l. clarv. 29. C. de fideicommissis. Excipitur tamen militis testamentum, quod posteriore non rumpitur, l. querebatur 19. l. militis, 36. §. 1. ff. de testam. militis. Ratio exceptionis haec est quia militi sunt plura testamenta facere, & haereditatem ex parte infirmitate licet: quod pagano non permittitur, d. l. querebatur 19. in prin. ff. eod. Reusin in tract. de jur. testam. par. 6. c. 20. num. 5. HARP.

(b) Tollatur. Adde, quod sufficit testamentum primum, ut tollatur per secundum, quod testator ad interrogationem Notarii dicit sic; commune attestatur Dec. consil. 489. nu. 3. Item unum hic nota, quod testamentum primum, in quo testator voluit, quod non possit per secundum revocari, nisi in illo registrata sint quaedam formalia verba, haud revocatur per secundum, nisi per expressam revocationem: atque facta mentione de dictis verbis derogatoriis, communiter attestatur Natr. in consil. 639. & vide per Dec. in consil. 475. & 489. & ampliat Natr. ubi supra nu. 5. procedere etiam stante statuto, quod ultimum testamentum teneret haud facta mentione de dictis verbis derogatoriis. Vide per hoc etiam in collecta meae commun. opin. in verbis testamentum, nu. 9. & 10. GIACH.

(c) Per secundum. Adverte hic, quod testamentum etiam secundum factum coram intestato, licet valeat, haud tamen valet, quando in primo testamento sunt instituti venientes ab intestato, etiam non omnes, sed si aliqui: commune vide per Socin. in consil. 229. col. 2. & in d. collecta meae commun. opin. verb. testamentum, n. 12. Item nota, quod testamentum secundum non revocat primum, ubi rite, & recte factum haud fuit; commune per Rolan. in consil. 373. nu. 4. vol. 3. vide per Ceph. consil. 416. atque 548. GIACH.

(d) Revocatur. Hoc verum; etiam si primum coram viginti testibus factum foret, posterius autem coram legitimo numero testium. Alexan. consil. 146. n. 12. vol. 2. Burl. consil. 47. nu. 28. quoniam etiam coram septem testibus ad pias causas conditum per factum coram duobus testibus revocatur Jafon. in l. si ita scriptum, num. 29. de legat. 1. Alexand. l. haec consiliosissima, §. si quis autem, C. de testam. Tiraq. de privo. pie caus. privo. 2. Ceph. consil. 32. & 33. vol. 2. sed an per secundum inter liberos jure, & privilegio patris factum tollatur prius solemne. Rom. consil. 177. nu. 17. & consil. 387. Alex. 146. vol. 2. Soc. jun. consil. 104. nu. 32. & 33. libro 7. Gabr. de test. consil. 7. GOVARI.

(e) Revocatur. Able commune etiam per Dec. in e. cum accessissent. col. 2. de consue. & dixi etiam de collecta meae commun. opin. n. 44. GIACH.

(f) Sed quid, si testator in primo testamento appositum juramentum. Quamvis si testator juraverit, se primum testamentum non revocaturum: nihilominus tamen, non obstante tali juramento secundo legitime factum primum mutare poterit. Hujusque ratio non in occulto est: Tum

quia juramentum privata est conventio, per quam nemo se ipsum testamenti facione, quae juris est publici, exuere potest, l. nemo potest, 55. ff. de leg. 1. l. 1. qui test. fac. poss. Tum quia juramentum fortitur naturam adus, cui accidit, l. si. C. de non nam. pecc. accessorium 42. de reg. jur. in 6. Haec tamen autem est natura testamenti, ut usque ad mortem revocari, mutari, & corrigi possit, ut usque ad mortem revocari, mutari, & corrigi possit, l. quod si iterum, 4. & l. nihil prohibet, 17. ff. de admend. vel transferi. legat. Et ita, post Clarum, & ab eo citatos hic, sententi Michael Grassus lib. 1. recept. sent. §. testamentum, p. 27. num. 1. Ant. Gabriel Rom. commun. conclus. lib. 2. tit. de jurjur. nu. 8. Thadeus Pifo lib. 1. var. resolut. c. 12. nu. 6. Fachin. lib. 4. contravers. jur. cap. 8. circa fin. Heigius in §. posteriora 2. nu. 5. Infitur. quib. mod. testam. infirmum. Ant. Faber. par. 2. de errorib. praeamat. deced. 39. error. 2. & Dauth. in tract. de testam. num. 88. & segg. HARP.

(g) Revocatum. Et quod haud sit dare remedium, propter quod primum testamentum non possit tolli, etiam si fuerit juratum: vide supra, & Oldr. consil. 27. & nu. 160. GIACH.

(h) Nunquid testator revocando illud primum testamentum erit perjurus. An tamen & quatenus testator, qui neglecto juramento aliud condidit testamentum, perjurus fiat, latius post Clarum nostrum exponunt Antonius Gabriel. Roman. loco praallegero; Grassus d. §. testamentum, quast. 87. nu. 2. Dauth. dist. 17. de testament. nu. 61. cum sequentibus, & Thadeus Pifo dist. cap. 12. nu. 9. HARP.

(i) Tale si juramentum, appositum in primo testamento, habet vim clausulae derogatoriae. Adde hac de videndum Emanuele Soarez. in thesaur. receptar. sentent. verb. testamentum, quastio 37. nu. 3. & 4. nec non Pisonem d. c. 13. numero duodecimo. HARP.

QUESTIO XCV.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 Donatio facta in penam mutationis testamenti an valeat.
2 Et quid si haeres promittat legatariis legata praestare.
Ex Additionibus.
1 An donatio facta in penam mutationis testamenti subsistat, remissive.

Quaero etiam, quid si testator in actu condendi testamentum dicit, se ita testari, & nolle ipsum testamentum aliquo modo revocare, & quod si illud aliquando revocaret, eo casu ex tunc donat (a) omnia bona sua haeredi scripto, &c.

Nunquid talis (b) donatio facta in penam mutationis testamenti valebit, ita quod testator non possit illam per aliam posteriorem voluntatem revocare? Respond. Dyn. in cap. quod semel, in fin. verbis de regul. jur. in 6. tenuit, quod talis donatio irrevocabiliter valeat. Et hanc opin. dixit esse communem Bald. consil. 338. libro secundo prout illum refert Joani Dilect. de arte testandi, titul. 10. cau. 2. nu. 1. Contrariam vero sententiam, scilicet, quod imo talis donatio non valeat, tenuit Crot. in l. 1. C. de sacrosanct. & haec opin. est magis communis; ut dicunt Scribentes in d. l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. obligat. & in specie Alexander. nu. tercio, & Jafon nu. septimo, Crott. nu. decimaterio, & Batigella nu. septimo. Idem dicit Roman. consilio 181. circa princip. Maria. de oblatio. in libello decimoterio, nu. 17. qui dicit, quod ita concludunt communiter Doctores; Alexand. consilio 25. nu. 6. libro 3. & consil. 156. nu. 5. lib. 7. ubi dicit, quod ita communiter concluditur. Didac. in Rubric. de testam. in 2. parte, nu. 17. Apoftil. ad Dyn. in d. cap. quod semel, in fin. Nam lex (ut dixi) noluit reperire aliquem modum, per quem tolli possit libera testandi facultas, cum ambulatoria sit hominis voluntas usque ad mortem.

In hoc tamen proposito nota cautelam, quia si testator faciat, quod haeres promittat legatariis, vel fideicommissariis praesentibus, vel si sint absentes, Notario eorum nomine stipulanti, praestare illis legata, vel fideicommissa in testamento relicta: eo casu talia legata transeunt in vim contractus, & poterunt probari per duos testes tantum. Et ita poterit haeres ex tali promissione conveniri. Ita colligitur ex dictis Bart. in l. nemo potest. circa princ. vers. Contra hoc. ff. de leg. 1. quem Scribentes communiter sequuntur, ut dicit Cotta in d. verbo, Testatorem inducere, eorum. 2. Hanc etiam dicit esse communem opin. Crott. in repet. dict. l. nemo potest, nu. 19. Quae tamen decisio praesupposita revocatione testamenti mihi non placet; quia haeres videtur promississe tanquam haeres non autem de proprio, argum. eorum quae notat Bartol. in l. cum quis decens, §. qui testamentum, ff. de leg. 3. & forte etiam intentio Bart. in d. l. nemo potest. non fuit haec, ad quam allegatur. Cogita.

ADDITIONES.

(a) Ex parte donat. Et hoc clarum est in donatione universali, ut dicit Dec. in consilio 294. in principio. qui tamen consulit valere donationem factam in penam particularis legati. vide per eum ibi per totum, quia plene articulum examinat, & contraria diluit. GACH.

(b) Nunquid talis donatio facta in penam mutationis testamenti valebit. Quod si donatio, in penam mutationis testamenti facta non valeat, ultra Clarum nostrum, & ab eo nominatos, tradunt Emanuel Soares in thesaur. recept. sentent. verb. testamentum, nu. 69. Vaf. referens Graffius libro 1. recept. sentent. §. testamentum, quest. 88. Quibus adiciendus est Thadeus Pifo lib. 1. variar. resolut. cap. 11. nu. 10. & sequentibus. Dauthius in tractat. de testament. nu. 96. & Reusnerus in tract. de jure testament. part. 6. c. 20. nu. 22. HARP.

QUAESTIO XCVI.

SUMMARIA.

EX CLARO.

Ubi ex secundo testamento non fuerit adita haereditas, nunquid primum censetur nihilominus revocatum.

EX ADDITIONIBUS.

Si haeres institutus in secundo testamento non adierit haereditatem, nun nihilominus primum revocatum censetur.

Dixi supra, quod primum testamentum revocatur (a) per secundum. Quero, quid si ex secundo (b) testamento non fuerit adita haereditas, nunquid nihilominus primum testamentum censetur revocatum? Respond. quod sic. Satis enim est, quod contigerit, haereditatem ex ipso testamento (c) adiri potuisse, licet adita non fuerit. Et ita communiter tenetur, ut dicit Alexand. conf. 37. n. 3. libro 1. & conf. 87. nu. 7. libr. 7. quem refert Didacus in dicta parte, post nu. 21. vers. Septima conclusio. Quinimo, etiamsi illud secundum testamentum non fuisset a principio validum, neque postea convalidatum fuisset, sed bene potuisset aliquo casu reconvalidari, prout potes videre exempla supra questione 23. vers. Sed quid si ipse, & questione 55. vers. Sed pone. adhuc tamen primum testamentum censetur per illud secundum revocatum, & annullatum. Et hanc dicit esse communem opinio. Ruin. consil. 8. nu. 8. lib. 3. Ego tamen non credo hanc opin. esse magis communem, neque veram. Omnes

enim fere DD. in hac materia loquentes concludunt, ad hoc, ut primum testamentum revocetur, requiri, quod secundum sit validum, & solemne, ita, quod ex eo aliquando poterit haereditas adiri. Propterea opinio illa, quam Ruin. dicit communem, non esset iudicio meo in practica tenenda. Et ita etiam Ruin. ipse in loco praesallegato super ea se non fundat, sed transit ad alia fundamenta.

ADDITIONES.

(a) Per secundum. Item testamentum primum quando revocatur per secundum, vide per Cephal. in conf. 22. & Rol. conf. 33. volum. 3. GACH.

(b) Quid si ex secundo testamento non fuerit adita haereditas. Quod si testamentum primum tollatur, & revocatur per secundum legitime factum, etiamsi haeres in secundo testamento institutus non adierit haereditatem, post Clarum hic nostrum, & alios, docent Thadeus Pifo libro 1. variar. resolut. capite 12. nu. 5. & Joannes Dauth. in explicatione l. haeres palam, 21. n. vigesimo secundo. ff. qui testam. fac. poss. HARP.

(c) Adiri potuisse. Ad idem vide per Cephal. eo. consil. 22. nu. 7. GACH.

(d) Licet adita non fuerit. Sed pone, incapaces scriptos in secundo, qui nunquam adire poterunt, non secus tamen prius antiquatum, & abrogatum censetur, l. cum quidam, ff. de his, quib. ut indign. Cephal. consil. 73. nu. 35. & 36. volum. 1. GOVEAN.

QUAESTIO XCVII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

Quandoque etiam per secundum testamentum minus solemne revocatur primum solemne, nonnullis concurrentibus, de quibus in l. hac consultiissima, §. si quis autem, C. de test.

Et quid si in huiusmodi secundo testamento esset praeteritus unus ex filiis testatoris.

Et an ex hac ultima voluntate dicatur succedi ex testamento, an autem tanquam ab intestato.

EX ADDITIONIBUS.

Pro testamento secundum minus solemne quando revocetur primum solemne, remissive.

Nus tamen est casus, in quo testamentum (a) perfectum, & solemne tollitur per secundum testamentum, licet imperfectum, & minus solemne quando scilicet haec tria concurrunt. Primum, quod in illo (b) primo testamento fuerint instituti extranei. Secundum, quod in secundo testamento fuerint instituti venientes ab (c) intestato. Tertium, quod in secundo intervenierint saltem quinque testes. Et de hoc text. singularis in lege hac consultiissima, §. si quis autem, C. de test.

Scias tamen, quod dispositio §. si quis autem, non habet locum, quando in secundo testamento esset praeteritus aliquis ex filiis ipsius testatoris. Ita tenet Bart. in l. si ex duobus, cap. 1. §. prius, nu. 2. ff. de bon. poss. contra tabul. & est communis opin. ut dicit Alexand. in d. §. si quis autem, nu. 9. Faciunt in hoc proposito ea, quae dixi supra qu. 8. vers. Sed quero.

Item scias, quod haec ultima voluntas, quae validatur ex dispositione d. §. si quis autem, non est testamentum: sed defertur ex illa successio ab intestato. Ita dicit Bald. in d. §. si quis autem, ante nu. primum, & ita communiter tenetur, ut ait Corn. conf. 172. col. 3. in lit. H. lib. 2. Quod nota, quia est mirabile, quod causa intestati trahat ad se causam testati, contra regulam quam posui infra §. fin. Et ex hac conclusione resultare potest maxima utilitas, ut dixi supra qu. 13.

ADDI-

ADDITIONES.

(a) Testamentum perfectum. Hic scias, quod quadruplex est testamenti perfectio. Una in materia, ut voluntas sit completa, & perfecta. Secunda est in substantia, quae consistit in haeredis institutione, alias testamentum esset sine capite. Tertia est in solemnitate: quae appellatur diligentia legum. Quarta est ad confirmationem: & haec est duplex. De omnibus vide per Nat. in consil. 647. sub nu. 2. GACH.

(b) Quod in illo primo testamento fuerint instituti extranei. Quando si non posteriore testamento minus perfectio, & solemni rumpatur, & tollatur prius testamentum perfectum, & solemne, post Clarum nostrum, declarant Nicolaus Reusn. in tractat. de jur. testam. par. 6. cap. 20. nu. 15. & Graffius lib. 1. recept. sent. §. testamentum, q. 86. n. 4. aliique per hunc allegati. HARP.

(c) Ad intestato. Adde etiam, si non omnes, sed aliqui: ut commune dixi, sup. q. 94. ubi etiam, quando non revocatur. GACH.

QUAESTIO XCVIII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

Testamentum inter liberos an posteriore testamento revocetur.

Et quid si in eo sint pariter instituti filii.

EX ADDITIONIBUS.

An, & quatenus testamentum inter liberos posteriore testamento revocetur, remissive.

Retenta praedicta conclusione, quod primum testamentum revocatur per secundum; Quero nunquid (a) locum habeat in testamento condito inter liberos, ita ut & ipsum testamentum inter liberos conditum, simpliciter confecto alio posteriore testamento, revocetur? Respond. quod non, nisi in hoc secundo testamento duo concurrant. Primum, quod sit confectum coram septem testibus. Secundum, quod in eo patet expresse dicat, se primum testamentum revocare. Et de hoc text. expressis in Authent. hoc inter, C. de testam. Et quod de primo testamento condito inter liberos debeat in secundo fieri mentio specialis, alias non censetur revocatum per secundum, est commun. opin. ut dicit Gomez. in c. 1. nu. 171. de consil. in 6. Boer. dec. 240. post num. 10.

Hoc tamen intellige, ut procedat, quando in secundo testamento est institutus extraneus. Nam eo casu utique illa duo requiruntur, de quibus supra. Sed si in testamento pariter essent instituti filii, & illud secundum esset ipsis filiis magis favorabile, non modo primum non solemnitur conditum revocatur per secundum solemne, & istud secundum magis favorabile esset imperfectum, & minus solemne, primum intelligitur revocatum per istud secundum. Ita dixit gloss. in Authent. de testamento imperfecto, in princip. in verbo, Perfecta, quae est communiter approbata, ut dicit Jalon. in d. Authent. hoc inter, nu. 1. in fin. Socin. jun. consil. 145. n. 58. libro 2. Hanc etiam opin. dicit esse communem Rimin. in d. Authent. hoc inter, col. 1. quem refert Paris. conf. 35. nu. 23. libr. 2. Crot. in c. 1. col. 8. de institut. in 6. quem refert Didac. in Rub. de test. in 2. part. post nu. 19. vers. Sexto deducitur. Socin. jun. conf. 127. nu. 10. libr. 1. Sic dicit, quod cum hoc sit in iure nostro exploratissimum, non est super eo haesitandum.

ADDITIONES.

(a) Nunquid locum habeat in testamento condito inter liberos. De ista questione (an si scilicet, & quatenus testamentum inter liberos revocetur alio posteriore testamento) adde videndum Michaeliem Graffium lib. 1. recept. sentent. §. testamentum, quest. 86. nu. 5. & seq. ubi plures citat. HARP.

QUAESTIO XCIX.

SUMMARIA.

EX CLARO.

Primum testamentum, in quo adita clausula derogatoria, an tollatur per secundum.

Et quid si talis clausula erat derogatoria potentiae, non voluntatis.

Et quid si unum tantum testamentum praescribit.

Et quid si primi testamenti derogatoria testator in secundo specialem mentionem fecit.

Et quomodo dicatur facta illius specialis mentio.

Et an haec locum habeant in testamento inter liberos.

Ex quibus modis dici possit facta mentio clausulae derogatoriae.

Et quid si apparet testatorem omnino voluisse secundum testamentum prevalere.

Et quid si inter ipsa duo testamenta est interstitium decem annorum.

Et quid si in secundo testamento appositum sit juramentum.

Et quid si secundum testamentum conditum fuerit apud acta.

Et quid si clausula derogatoria non expressa a testatore, sed a lege subintelligita.

EX ADDITIONIBUS.

Primum testamentum, cui apposta est clausula derogatoria, an & quatenus per secundum tollatur.

Testamentum inter liberos factum cum clausula derogatoria, an, & quando revocetur per secundum, remissive.

Quero, tu scis, quod eo ipso, quod testator facit secundum testamentum, censetur revocasse primum, etiamsi de eo nulla mentio facta sit. Pone modo, quod testator (a) in primo testamento apposuerit clausulam derogatoriam, puta, quia dixerit, & hoc meum testamentum volo valere, non obstante quocumque testamento per me posthac condendo: vel, nolo aliud testamentum per me in futurum faciendum valere, nisi in eo sit descripta tota oratio Dominica, vel huiusmodi. Nunquid si deinde testator condat aliud posterius testamentum, illud primum censetur revocatum, & annullatum? Respond. haec est valde (b) intricata questio, in qua Scribentes varie loquuntur. Propterea pro intelligentia distinguendi sunt nonnulli casus.

Primus casus est, quando testator in secundo testamento nullam mentionem fecit primi testamenti, neque clausulam derogatoriam in eo inserit. Et hoc casu omnes concordant, quod per huiusmodi testamentum non sit revocatum primum habens clausulam derogatoriam; intellige, quando est derogatoria voluntatis, ut statim dicam. Praesumitur enim in secundo testamento defectus voluntatis, & ideo firmum remanet primum. Et in hoc nulla est controversia inter Doctores.

Secundus est casus, quando testator in secundo testamento apposuit clausulam generalem revocatoriam omnium testamentorum a se prius conditorum,

rum puta, quia dicit, cassans & revocans omnia, & quaecunque testamenta à me hæcenus condita, quæ clausula communitur solet à Notariis apponi in omnibus testamentis; & in hoc pariter omnes concordant, quod illa non sufficiat ad revocationem primi testamenti habentis clausulam derogatoriam. Talis enim revocatoria generalis, etiam si expresse posita non sit, tacite tamen inest ex natura actus, merito expressa nihil operatur.

² Hoc tamen non ita absolute procedit; debet enim scire, quod clausula derogatoria potest dupliciter concipi, ut declarat Bart. in l. si quis in principio testamenti, in prin. n. 4. in si. ff. de leg. 3. Primo per verba respicientia potentiam, puta, nolo me posse condere aliud testamentum; vel, nolo posse hoc testamentum revocare. Secundo concipi potest per verba respicientia voluntatem, puta: si condidero aliud testamentum, nolo illud valere. Dic ergo, quod siquidem est concepta per verba derogatoria voluntatis, procedit conclusio, ut non sufficiat generalis revocatio, sed si esset concepta per verba derogatoria potentia, utique sufficeret. Et hoc dictum est magis commune, ut dicit Corn. conf. 68. in lit. B, lib. 3. & conf. 21. in lit. P, lib. 4. Hanc etiam sententiam fatetur esse commune. Didac. in Rub. de test. in 2. parte, post nu. 19. vers. Secunda conclusio. Cum enim non possit sibi auferre liberam facultatem testandi, talis clausula derogatoria potentia nihil operatur, & pro non apposta habetur.

Et hæc quidem conclusio de piano procedit, quando duo testamenta, vel plura præcesserint illud ultimum testamentum; in quibus omnibus, vel altero eorum essent apposte clausule derogatorie: nam eo casu proculdubio generalis revocatio non sufficit, sed necesse est fieri mentionem ipsius clausule derogatorie, secundum magis commune conclusionem, ut dicit Alex. in l. 2. n. 2. ff. de liber. & posthum. Sed quid si unum tantum testamentum præcesserit, in quo fit inserta clausula derogatoria, nunquid sufficit, quod in hoc ultimo dicat, Cassans, & irritans omne aliud meum testamentum? &c. Resp. Bart. in d. l. si quis in principio testamenti, in prin. nu. 9. tenet, quod hoc casu talis revocatio generaliter facta sufficiat: quæ tamen verba Bart. aut in meo codice sunt corrupta, aut à Doctoribus non fideliter recitata, & dicit Guid. Papæ, conf. 65. nu. 20. & conf. 125. post nu. 3. vers. Et hæc ultimam, quod ita determinant Doctores omnes indistincte. Sed quidquid dicat Guido Papæ, illa opin. Bartol. communiter reprobat, ut dicit Jas. in l. sanamus, post nu. 14. vers. Quarto fallit. C. de test. Rub. conf. 24. nu. 12. Natta in dict. Audent. hoc inter, nu. 25. Et dicit Ruin. conf. 5. post nu. 9. vers. Nec obstant libro 2. quod contra Bartol. in hoc tenent communiter Doctores, & ideo, etiam si unum tantummodo testamentum præcesserit, tenendum est, quod non sufficiat generalis revocatio, sed requiratur, quod de ipsa clausula derogatoria fiat specialis mentio, & hæc opin. contra Bartol. est magis communis, ut dicit Alexand. conf. 25. nu. 4. libr. 3. & conf. 7. libr. 4. quod est duplicatum conf. 44. eod. volum. Idem Alexand. conf. 156. nu. 3. libr. 7. & conf. 163. post nu. 7. eod. volum. & conf. 172. in prin. eod. volum. quem refert Felin. in cap. nonnulli, nu. 5. de rescript. & Tiraque. de Legibus com. gloss. 7. nu. 131. Ruin. conf. 10. circa fin. libr. 2. Apostol. ad Bart. in dict. l. si quis in principio, sub nu. 9. Didac. in dict. Rubric. de testamenti, in 2. parte, post nu. 19. vers. Tertiam hanc Passus est arduus, & multe sunt auctoritates Doctorum hinc inde, ut videri potest apud Jason. in d. l. 2. nu. 11. ff. de liber. & posthum. qui multos refert tenentes cum Bart. & subdit, quod si d. Alexand. vidisset illas auctoritates, non ita passim dixisset com-

mune sententiam Doctorum esse contra Bart. Sed certe negari non potest, quin opin. contra Bart. sit magis communis; propterea consulendo aut judicando non tulerit ab e recedendum. Illa enim clausula derogatoria in primo testamento apposta, facit præsumi secundum testamentum in quo non fit illi clausula derogatoria, fuisse consecutum potius ad suggestionem, vel importunitatem alterius, quam ex voluntate ipsius testatoris: quo ratio eodem modo militat, si unum testamentum tantum, si ve plura præcesserint.

Tertius est casus, quando in secundo testamento testator facit specialem mentionem primi testamenti derogatorii, & illud revocavit; & tunc concludunt Doctores, quod primum sit revocatum, & annullatum. Ita tenet Dyn. in c. quod semel, col. fin. de regul. jur. & ita se habet communis opin. ut dicit Salic. in d. l. sanamus, post nu. 6. in 5. q. C. de testam. quem refert Alexan. conf. 7. nu. 18. libr. 4. quod est duplicatum conf. 44. eod. volum. Alexand. in d. l. sanamus, nu. 5. Corn. in d. conf. 86. in litera B, & in litera R, libr. 3. Natta in resp. Audent. hoc inter, nu. 25.

Sed quarto, quomodo dicatur facta specialis mentio, seu revocatio primi testamenti derogatorii? Respond. Bart. in d. l. si quis in principio testamenti, in prin. nu. 8. tenet, quod tunc dicitur fieri specialis mentio primi testamenti, quando testator facit mentionem de clausula derogatoria, in ipso testamento inserta, puta, quia dicat: non obstante alio testamento habente clausulam derogatoriam. & dicit Corn. in d. conf. 86. in litera M, quod ista opin. Bartol. est communis. Et quod requiritur specialis mentio clausule derogatorie dicit esse commune Socin. conf. 163. post nu. 7. vers. 2. præmitto. & post nu. 14. libr. 2. Guid. Papæ conf. 64. nu. 2. subdens, quod hanc communem opin. approbat communis usus in iudiciis, & observantia Ruin. in dict. conf. 10. nu. 3. libr. 2. Socin. jun. conf. 124. nu. 3. libr. 1. quem refert Didac. in dict. Rub. de testam. in 2. parte, post nu. 15. vers. 3. conclusio. Hæc tamen opin. quod scilicet non aliter dicatur fieri specialis mentio primi testamenti, nisi facta mentione clausule derogatorie in eo inserta, mihi semper visa fuit dura: & contra omnem æquitatem. Non enim video, qua ratione non deberet dici facta specialis mentio primi testamenti derogatorii, quando testator in secundo testamento decrevit, non obstante alio testamento per me condito, in quo institui talem, vel de quo fuit rogatus talis, quæ demonstratio saltem respectu testamenti videtur esse non modo specialis, sed etiam singularis, & individua. Et ita credo fuisse de mente gl. in l. si mihi, & tibi §. in legis ff. de leg. 1. in d. l. si quis in principio testamenti, in prin. in verbo, Accipiat. & Dyn. in d. c. quod semel, prout etiam videtur ferri Bart. in d. l. si quis in principio testamenti, nu. 8. & hanc sententiam multi Doctores secuti sunt. Nihilominus, quia contraria opin. forte est magis communis, potest ita distinguere, etiam ex mente Bartol. de loco præall. quod aut clausula derogatoria, in primo testamento inserta, erat simpliciter concepta, puta, si fecero aliud testamentum, nolo illud valere, & hoc casu sufficiat, quod fiat ejusmodi singularis, & individua mentio testamenti, etiam si non fiat mentio de ipsa clausula derogatoria: Aut vero dicta clausula derogatoria habet insertam aliquam specialem formam; puta: nolo aliud testamentum per me faciendum valere, nisi in ejus principio sit posita oratio Dominica, vel hujusmodi. Et hoc casu procedat communis opin. quod scilicet, debet fieri mentio ipsius clausule derogatorie. Cogita, quia articulus propter varietatem opinionum est valde dubius: ut dicit Soc. in d. §. in allegatis, col. 4. vers. 4. inferitur, quod in hac questione.

none. Judex ex variis circumstantiis posset aliquando in unam, aliquando in alteram partem moveri, & ideo bonum esset habere Judicem favorabilem. Distinctio tamen per me posita, iudicio meo, sapit in magnum æquitatem, & credo, quod judex, qui illam sequeretur, non erraret.

⁶ Hæc autem conclusio, quod in secundo testamento debeat fieri specialis (e) mentio clausule derogatorie, in primo testamento insertæ, locum habet, si ve primum testamentum conditum sit inter extraneos, si ve (d) inter liberos sit apposta clausula derogatoria expressa, non sufficeret in secundo testamento dicere non obstante testamento condito inter liberos: sed opus etiam esset addere, & non obstante clausula derogatoria in eo inserta. Ita dicit Paul. de Castro. in Audent. hoc inter nu. 5. C. de test. & est communis conclusio, ut dicit Rub. conf. 24. nu. 13. Joan. Dilect. de arte testam. tit. 10. cau. 1. post nu. 3. Didac. in d. 2. parte, post nu. 19. vers. Hinc scribit Paul.

⁷ Sed in hoc proposito scire debes, quod tripliciter potest fieri mentio clausule derogatorie, scilicet generaliter, specialiter, & in individuo. Generale, puta, si testator dicat cassans, & revocans quodcumque testamentum à me prius conditum, & omnia in eo contenta. Specialiter, puta, si dicat, cassans, & irritans omne testamentum à me prius conditum, non obstante aliqua clausula derogatoria in eo inserta. In individuo, puta, si dicat, non obstante illa clausula derogatoria in primo testamento inserta, quod scilicet noliam illud posse revocari, nisi in secundo testamento apposuissim orationem Dominicam, vel hujusmodi. Quæro ergo, qualis revocatio in isto secundo testamento requiratur, ad hoc, ut fit derogatum illi clausula derogatoria, in primo testamento inserta? Resp. si tantum sit facta generalis revocatio, sine ulla mentione clausule derogatorie, ferre omnes in hoc conveniunt, quod illa non sufficiat, sed necesse sit, quod fit specialis mentio ipsius clausule. Et hæc proculdubio est communis opin. ut dicit Corn. in d. conf. 86. in lit. R, libr. 3. Guid. Papæ, in d. conf. 64. post n. 2. Jas. in d. l. si mihi, & tibi. §. in legatis n. 14. Rub. conf. 24. n. 4. Natt. in d. Audent. hoc inter. n. 29. & seq. Emil. Ferret. conf. 45. nu. 3. Dida. in d. 2. parte, post nu. 15. vers. Secundum non esse. Punctus est, an sufficiat specialis derogatio, non autem requiratur, quod in individuo fiat mentio verborum ipsius clausule derogatorie. Dic, quod sufficit specialis mentio, non autem requiratur individua, & ideo satis erit, si dicatur, non obstante aliqua clausula derogatoria in ipso testamento inserta. Et hanc opinionem dicit esse magis communem Alexand. conf. 134. post n. 15. vers. & ex prædictis, & in fine conf. lib. 1. Socin. in d. §. in legatis, col. 3. vers. Ex quibus patet. Jas. in d. §. in legatis, n. 12. Rub. in d. conf. 24. post n. 4. & post n. 9. Paril. conf. 24. n. 9. libr. 2. ubi dicit, quod ita communiter concluditur Apostol. ad Dyn. in d. cap. quod semel, col. fin.

⁸ Cæterum hæc conclusio, quæ habet, primum testamentum in quo adit clausula derogatoria, non revocari per secundum, nisi in isto secundo etiam fit facta mentio ipsius clausule derogatorie, limitanda est, ut non procedat, nisi ex verbis in ultimo testamento appositis, vel aliter appareat testatorem ex aliqua causa mutasse voluntatem, & voluisse illud (e) ultimum testamentum prævalere. Nam eo casu, etiam si ipsius clausule derogatorie nulla sit facta mentio: adhuc tamen secundum testamentum prævaleret primo. Ita dicit Bald. in d. l. sanamus, post nu. 6. C. de testam. quem attestatur esse communiter receptum Didac. in d. 2. part. post nu. 29. vers. Quarta conclusio, & est communis conclusio, ut dicit Soc. conf. 2. post nu. 12. vers. Præterea,

libr. 2. Paril. conf. 24. nu. 32. & seq. libr. 2. & conf. 34. nu. 57. eo vol. & conf. 10. nu. 21. libr. 3. Socin. jun. conf. 116. nu. 6. libr. 1. & conf. 124. nu. 52. eod. vol. Joan. Dilecti. de arte testam. tit. 10. cau. 1. post nu. 3. Semper enim in ultimis voluntatibus ipsius testatoris voluntas ante omniam spectanda est.

Scias etiam, quod si inter primum, & secundum testamentum affluxerit tempus decem annorum, validum (f) erit secundum; etiam si in eo non sit facta mentio clausule derogatorie, in primo testamento insertæ. Ita dicit Bald. in d. l. sanamus, nu. 6. in fin. loquens de per verbum, forte. Et est communis opin. ut ait Paril. in d. conf. 10. nu. 17. libr. 3. quem refert Didac. in d. 2. parte, post nu. 19. vers. Non non erit. Rubens in d. conf. 24. nu. 7. Nam per lapsum decem annorum inducitur præsumptio oblivionis, ut dixi infra libr. 7. §. possessio. & ideo non præsumitur in secundo testamento omnia revocatio clausule derogatorie ex voluntatis defectu, sed potius ex defectu memoriae; & sic non obstante tali omissione testamentum sustinetur.

Item scias, quod si in secundo testamento iustificet testator, se velle illud esse suum ultimum testamentum, eo casu hoc secundum prævaleret, etiam si in primo fuisset inserta clausula derogatoria. Ita tenet Bald. in d. l. sanamus, post n. 6. & est communis conclusio, ut ait Natt. in d. Audent. hoc inter, nu. 41. & seq. Habet enim iuramentum vim clausule specialis derogatorie, ut dixi infra libr. 7. §. iuramentum, ad quod faciunt, quæ dixi supra q. 94. vers. Unum tamen.

Uterius scias, quod si testator condiderit secundum testamentum apud acta, hoc casu istud ex vi actorum prævaleret primo, etiam habenti clausulam derogatoriam. Ita dicit Bald. in d. l. sanamus, post n. 6. & est communis sententia, ut ait Natt. in d. Audent. hoc inter nu. 48. Non enim est præsumendum, quod testator voluerit coram publicis personis actum elusorium facere.

Præterea scias, quod prædicta omnia locum habent, si ve clausula derogatoria in primo testamento posita sit expresse à testatore, vel sit tacite à lege subintellecæ. Sunt n. aliqui casus, in quibus etiam si testator non appoverit clausulam derogatoriam, tamen lex illam vult haberi pro apposta: & ideo etiam illis casibus opus est speciali revocatione ipsius clausule. Et potest poni exemplum in testamento inter liberos, & in quo semper subintelligit clausulam derogatoriam. Et ideo, nisi in secundo testamento sit de ipso facta mentio specialis, non censetur revocatum per secundum, juxta not. in Audent. hoc inter C. de testam. ut dixi supra q. prox. Potest etiam poni exemplum in iuramento: quia si in primo testamento sit appositum iuramentum, habet à lege vim clausule derogatorie, & ideo non tollitur per secundum testamentum, nisi de eo fiat specialis mentio, ut dixi supra q. 94. vers. Unum tamen not.

ADDITIONES.

(a) Testator in primo testamento apposuit clausulam derogatoriam. Clausulam istam derogatoriam (puta si testator dicat, si quod aliud testamentum postea fecero, valere illud nolo) in priore testamento, ad posterius impediendum, appositam planissime inutile esse atque vanam, rationibus speciosis ostendit Antonius Faber part. 1. de errorib. pragmat. cor. deced. 37. error. 7. & seq. item deced. 38. error. 1. Tametsi alii (ultra Clarum hic nostrum nu. 4.) communiter existimant, hoc non aliter verum esse, quam si testator specialiter in posteriore testamento exprimat se prioris voluntatis sui penituisse, argum. l. si quis, 22. ff. de legat. 3. inique Bart. & alii. Vigilus, nu. 2. & Heigius nu. 9. in §. posteriore 2. Infr. quib. mod. testam. infirm. Menoch. lib. 4. præsumpt. 166. num. 13. vers.

vers. tertia est opinio. Et. Fechin. lib. 4. controversiar. jur. cap. 22. Grassus lib. 1. recept. sent. §. testamentum q. 89. Thadeus Pifo lib. 1. var. resol. cap. 12. n. 16. & seqq. alique plurimi, per hos cumlati. HARR.

(b) Hec est valde intricata questio. Derogatoria in testamento mulieris, ruficit, minoris, nullius est momenti, ideoque sufficit in secundo renunciatio generalis. Barb. conf. 89. volum. 4. & conf. 72. volum. 3. Paris. conf. 10. n. 10. volum. 3. Dillac. in Rubr. de testam. par. 2. n. 19. GOVEAN.

(c) Specialis mentio clausula derogatoria. Non potuit sine lata culpa praeteriri, tum non esse derogatoria faciendum mentionem, cum secundum est inter liberos, Alexan. conf. 134. lib. 1. Dec. conf. 475. Soc. jun. conf. 124. n. 31. lib. 8. Gramm. dec. 62. n. 37. Idemque juris esse, cum in secundo pia causa est instituta. Oldrad. conf. 129. Alex. conf. 103. vol. 4. Bero. conf. 2. vol. 2. Covar. de testam. rubr. par. 2. n. 20. & toties hoc esse verum, quoties in secundo magis dilectus testatori scriptus est, Anan. conf. 66. Roman. conf. 779. col. penult. Socin. jun. in l. si quis filio, n. 27. de leg. 3. & latius Burl. conf. 47. n. 11. & Mandos. apud Roman. conf. 179. in ver. requirit. Itemque ex aliis clausulis congettis per Port. conf. 33. & Burl. conf. 74. GOVEAN.

(d) Sive inter liberos, Et. Testamentum factum inter liberos cum clausula derogatoria, an & quando per secundum revocetur, praeter Clarum nostrum, & ab eo laudatos, fufissime explicat Franciscus Manrica in tractat. de conjetur. ultim. volunt. lib. 12. tit. 8. n. 11. cum seqq. Pifo diff. lib. 1. cap. 12. n. 22. & Grass. d. §. testamentum, quast. 86. n. 9. & seq. HARR.

(e) Illud ultimum testamentum praevaleat. Hec voluntas per duos testes probatur, Valq. de success. lib. 2. §. 2. num. 10. vel ex clausula omni meliori modo, Bald. conf. 389. vol. 8. Socin. jun. l. si quis filio, nu. 25. de leg. 3. Paris. conf. 10. n. 23. vol. 3. Neute conf. 63. n. 15. vel ex protestatione hoc ultimum testamentum ex certa animi, & iudicii scientia factum esse, Brun. tract. de form. rit. de probat. & presc. form. cod. aurepen. Gabr. de claus. concl. 1. n. 21. & 23. GOVEAN.

(f) Validum erit secundum. J. Adde Alexand. conf. 570. num. 3. Valq. de success. lib. 2. §. 19. n. 72. & de controvers. illustr. concl. 61. n. 6. Tiraqu. de prescript. §. 1. gl. 4. Natt. tract. de claus. derog. vers. circa quartum. GOVEAN.

QUESTIO C.

SUMMARI A.

EX CLARO.

1 Si producantur duo Testamenta eodem die confecta, quod eorum praevalebit.

Ex Additionibus.

1 Si duo conficiantur testamenta, in omnibus idem fo-



nantia, tunc unum reputatur testamentum, pleribus codicibus scriptum.

2 Si duo profertantur testamenta, uno tempore facta, neutrum valebit.

Quaero, pone, (a) quod producantur duo testamenta eodem die confecta, quodnam eorum praevalebit? Respon. siquidem ex lectura ipsorum testamentorum, aut aliter, apparere potest, quod fuerit posteriore loco conditum, illud praevalebit, si vero non appareat de prioritate, vel posterioritate, eo casu propter incertitudinem neutrum (b) valet. Ita dixit gl. in l. fin. in verbo, Missus est, C. de edit. divi Adrian. toll. ubi dicit, quod haec est questio Sabbatina. Et haec est commun. opin. ut dicit Bertran. conf. 223. lib. 1. in 1. parte, quem refert Boerdecif. 311. nu. 2. idem dicitur Scribentes in d. leg. fi. & in specie Sapia, nu. 548. & Curt. jun. nu. 89. Et haec in praesentia sufficiant.

ADDITIONES.

(a) Pone, quod producantur duo testamenta eodem die confecta. Si duo conficiantur testamenta, in omnibus idem fontantia: tunc unum censeri testamentum, pluribus codicibus scriptum, probabilis est, §. penult. Impletur de testam. ordinand. l. unum. 24. ff. qui testam. fac. possunt. & tradit Viglius in §. posteriore, 2. Infit. quibus mod. testam. infirm. n. 2. Quid vero, si duo testamenta, una die facta, in quibus diversi scripti sunt haeredes, profertantur? Et, si non appareat, quodnam eorum prius sit, aut posterius, propter incertitudinem, & repugnantiam, neutrum valet, arg. l. 1. §. 1. ibique glo. in verb. veteres, ff. de bon. poss. sciend. tabul. eum, qui 52. in princip. & glof. in verb. ex neutro, ff. de acquir. vel amittend. hered. Et ita, post Clarum nostrum, tradunt D. Eenkel. libro secundo de privileg. c. 5. num. 12. Crauet. com. 143. n. 5. Burlati. conf. 39. n. 1. lib. 1. Grassus lib. 1. recept. sent. §. testamento, quast. 91. Schegg. in delib. jur. disp. 11. tit. 12. Stuck. part. 1. Exercit. Inst. deced. 6. affert. 10. lit. C. pag. 285. Joan. Petr. de Ferrar. Papien. in Practica, in form. libell. quo hereditas ex testamento petit, in gloss. injuste. n. 3. vers. & si fortasse. Tiraqu. in tractat. de jur. primogen. quast. 17. opin. 6. Reutin. in tract. de iure testam. part. 6. cap. 11. num. 7. & seqq. Manrica in tract. de conjetur. ultim. lib. 2. tit. 15. nu. 17. Thadeus Pifo lib. 1. variar. resolu. jur. rap. 12. num. 52. & Menochius in tract. de adipsend. possess. remed. 4. quastio. 95. n. 781. & seqq. Qui duo posteriores hujus sententiae aliquot declarationes, & litationes recentent. HARR.

(b) Neutrū valet. Nisi in altero, quid legati, vel institutionis nomine pia cause sit relictum, illud enim praevalebit. Tiraquell. de priv. pia caus. pri. 35. vel in altero scriptus sit veniens ab intestato, vel is qui bonor. possessione reperitur. Villalob. vol. 1. communi opin. lib. 18. in ver. testamenta duo. GOVEAN.

JULII CLARI

ALEXANDRINI J. C.

PRACTICA CIVILIS.

Ex Libro Quarto Sententiarum Receptarum.

§. DONATIO.

CAPITA QUÆSTIONUM.

- Donatio unde dicta sit, & an sit contractus nominatus, Quast. 1.
Donatio conditionalis an sit proprie donatio, q. 2.
Donatio remuneratoria an sit proprie donatio, q. 3.
Donatio causa mortis quid sit, q. 4.
Donatio causa mortis an potius equiparetur contractibus, quàm ultimis voluntatibus, q. 5.
Filiusfamilias an possit donare causa mortis, q. 6.
Uterarius manifestus an possit donare causa mortis, q. 7.
Pater an possit donare filio, q. 8.
Donatio inter virum, & uxorem an valeat, q. 9.
Ornamenta que mittuntur sponsis, an censentur donata, q. 10.
Donatio propter nuptias an hodie peti possit, q. 11.
Donatio an possit fieri absentis, q. 12.

- Et quid si fiat donatio stipulanti, q. 13.
Donatio an perficitur nudo pacto, q. 14.
Instituto quid sit, q. 15.
Donatio excedens summam quingentorum aureorum debet institui, q. 16.
Et quid in donatione facta Ecclesie, Et. q. 17.
Et quid in donatione jurata, q. 18.
Donatio omnium bonorum an valeat, q. 19.
Et quid si sit jurata, q. 20.
Donatio potest ob ingratitudinem revocari, q. 21.
Donatio revocatur propter supervenientiam liberorum, q. 22.
Et quid si sit jurata, q. 23.
Donatio inefficax potest per filios revocari, q. 24.
Donatio ob causam, & donatio causa mortis, quomodo possunt revocari, q. 25.



De Donationum materia antiquis temporibus frequens erat, & quotidiana: Nunc autem, cum liberalitate prope extincta mentes hominum avaritia occupavit, non ita, ut solebat, in judiciis, foreque versatur. Non tamen propterea omittenda visæ sunt nonnullæ ex quæstionibus, quæ ad hunc Tractatum pertinent.

QUESTIO I.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 Donatio unde dicatur.
2 Donatio an sit contractus nominatus, vel innominatus.
3 Et an sit de sua natura contractus revocabilis.

Ex Additionibus.

- 1 Donatio unde sit dicta, remissive.
2 Et quando differat à numere.
3 Donatio an recte conventio, vel contractus desinat.
4 Omnis contractus aut est bonæ fidei, aut stricti juris.
5 Pollicitatio non est conventio.
6 Donatio in genere desinat.
7 Verbum actus late patet.
8 Donatio quibus modis fiat.
9 Res aliena donari non possunt.
10 Quis recte appelletur liberalis.
11 Nemo donare cogitur.
12 Invenio beneficium non datur.
13 Quibus casibus in iurium conferatur beneficium remissive.

- 14 In dubio regulariter donatio facta non praesumitur.
15 Qui donat, perdere videtur.
16 Donationis due species: una propria, sive vera, simplex, & absoluta: altera relata, sive non propria.
17 Donatio videm alia dicitur pura, alia conditionalis.
18 Propria sive simplex donatio que.
19 Hujus donationis quit finis.
20 Relata donatio que & cur ita dicitur.
21 Qua nota hac donatio à simplice, seu absoluta distinguatur.
22 Donationis relata tria genera.

Quaero, unde dicatur (a) donatio? Resp. Donatio (b) dicta est à dono, quasi doni datio. Ita dicit Jurisconsul. in l. Senatus. §. donatio. ff. de donat. causa mortis.

Item quaero, nunquid donatio sit contractus (c) nominatus, vel innominatus? Resp. in adib. §. 1. in verb. Ex rebus. ff. de donat. & alibi saepe videtur tenere, quod olim esset contractus nominatus: hodie vero sit nominatus. Et certe in hoc, quod hodie sit contractus nominatus, non est magna inter Doctores controversia. Et ita hanc communem opin. attestatur